UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia Sacra Et Hvmana Libri XVI

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Item: ex Synesio ad fratrem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70090

Visual Library

Nota.

Ex fauonio *Hoc indicium Horatij od 4. l. 1.*

Soluitur acri hyemis grata vice veris , & Fauoni

Lectica Hexaphora *Quæ ſcilicet à ſex ſeruis ſuccollantibus portaretur. Mart l. 2. ep. 81. & Iuuenal. Saty. 1. v. 65. Plerumque octo adhibebantur, & fiebat Octophorum de quo intelligendus Catullus*

Non, inquam, mihi fuit tam malignè,
Vt Prouincia quòd mala incidiſſet,
Non poſſem octo homines parare rectos.

Sed cum roſam *Et certè dixit Pancrates:*

Καὶ ῥόδον εἴαρ γινοῖσιν ἀνοιγομένων ζεφύροισιν.

Vnam in capite *Frequens in conuiuijs ad coronarum vſum roſa, vnde eam regnare dixit Martialis ep. 19 l. 10.*

Dum regnat roſa, dum madent capilli

Hanc laſciuiam Chriſtiani , in honorem ſpineæ coronæ Domini, poſtea deteſtati ſunt , quod teſtatur Clemens Alexandrinus Pædag. l. 2. c. 8.

Ἀλόγιστον, ἀκηκοότας ἡμᾶς τὸν κύριον ἀκάνθαις ἐστεμμένον , αὐτοὺς ἐντρυφῶντας τῷ σεμνῷ κυρίου πάθει , ἀναδεῖσθαι τοῖς ἄνθεσιν. *Inſanum eſt, nos cùm audierimus Dominum ſpinis coronatum, quaſi venerandis Chriſti cruciatibus inſultaremus, redimiri floribus. Aurificem damnatum à ſenatu, quòd inter bella Punica coronatus viſus eſſet, dixi in Iconibus.*

Alterum in collo. *Hanc hypothymiadem nominatam memorat Athenæus Deipnoſophiſt. lib. 15.* Ἐκάλουν δὲ καὶ οἷς περιεδοῦντο τὸν τράχηλον στεφάνοις, ὑποθυμιάδας , *Quod halitum, & tanquam ſuffitum ex inferiori parte exhalarent.*

Controuerſiæ ſecretò deferebantur.

Hoc in Seronato grauiter reprehendit Sidonius Apollinaris lib. 2. ep. 1.

In cubiculo damnat, in quæſtione dormitat.

MOLLES.

Item.

Hos quos video volitare in foro, quos ſtare ad curiam, quos etiam in Senatum venire: qui nitent vnguentis, qui fulgent purpurâ: mallem ſecum ſuos milites eduxiſſet. *In Catil. 2.*

MOLLIVM HABITVS.

Deſcriptio XLIX.

Λακωνικὸν δὲ οὐδὲν περὶ αὐτοὺς ἐφαίνετο, ἀλλ' ἁβρότερον αὐτῶν εἶχον, καὶ συβαριτικοὶ ἦσαν , ἄνδρες λεῖοι τὰ σκέλη, λιπαροὶ τὰς κόμας , καὶ μηδὲ γενείοις χρώμενοι, ἀλλ' καὶ τὴν ἐσθῆτα μαλακοί.

Philoſt. in Apoll.

ERant autem habitu haudquaquam Laconico, ſed molli atque laſciuo, atque ipſi delicijs omnibus affluebant, expolitis cruribus, comis autem vnguento ſtillantibus , abraſis barbis, veſtitu inſuper fluxo ac molli.

Item.

Οὐ γὰρ ἰδὼν τὸν πορνοβοσκὸν, σοβοῦντα διὰ τῆς ἀγορᾶς, ἐν στεφάνῳ καὶ μύροις μεθύοντα, καὶ κωμάζοντα, καὶ πάσης ἀκολασίας ἐμπιπλάμενον , καὶ ᾠδὰς ᾄδοντα πρεπούσας τῷ βίῳ.

Sineſius ad fratrem.

HIc enim videns ſcortatorem, per forum volitantem, coronatum , vnguentis ebrium, petulanter laſciuientem , omnique turpitudine oppletum, & cantus canentem vitę accommodatos.

Item

Idcirco animas miſit , vt diuini ponderis & grauitatis oblitæ, gemmas, lapillos, margaritas, caſtitatis diſpendio compararent ? conſpiciendis quærerent corporibus fucos , innecterent his colla, laminas pertunderent aurium , imminuerent frontes limbis , fuligine oculos obumbrarent , nec in formas erubeſcerent